Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Rituale et processionale - Cod. Ettenheim-Münster 398

[S.l.], [16. Jahrh.]

Exorcismus salis

urn:nbn:de:bsz:31-134195

Visual Library

Exorcismus salis et aque Dominicis diebus

Exorciso te creatura salis per
deum vivum ✠ per deum ✠ sanctum
per deum ✠ verum per deum qui te per heli-
seum prophetam in aquam mitti iussit
ut sanaretur sterilitas aque, ut ef-
ficiaris sal exorcizatus in salutem cre-
dentium, et sis omnibus te sumentibus sa-
nitas anime et corporis, et effugiat atque
discedat ab eo loco quo aspersus fu-
eris omnis fantasia et nequicia vel
versucia diabolice fraudis, omnisque
spiritus immundus adiuratus per eum qui ven-
turus est iudicare vivos et mortuos

et seculum per ignem. Oremus.

Inmensam clementiam tuam omnipotens eterne deus humiliter imploramus, ut hanc creaturam salis quam in usum generis humani tribuisti bene+dicere et sancti+ficare tua pietate digneris, ut sit omnibus sumentibus salus mentis et corporis, et quicquid ex eo tactum vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omnique impugnatione spiritalis nequitie. Per dominum. Oremus.

Exorcizo te creatura aque, in nomine dei pa+tris omnipotentis, et in nomine ihesu + christi filii eius domini nostri, et in vir

tute spiritus ✠ scti, ut fias aqua ex-
orcizata ad effugandum omnem potestatem
inimici et ipsum inimicum eradicare
et explantare cum angelis suis aposta-
ticis, per virtutem dni nri ihu xpi qui ven-
turus est iudicare vivos et mortuos
et seculum per ignem Oremus

DEus qui ad salutem humani gene-
ris maxima queque sacramenta in aqua-
rum substancia condidisti, adesto in-propicius
vocacionibus nris, et elemento huic mul-
timodis purificacionibus preparato vir-
tutem tue bene ✠ dictionis infunde
ut creatura misterijs tuis serviens

ad abigendos demones morbosque pel-
lendos divine gratie sumat effectum
ut quicquid in domibus vel in locis fide-
lium hec unda resperserit careat
omni immundicia liberetur a noxa non
illic resideat spiritus pestilens non au-
ra corrumpens discedant omnes insidie
latentis inimici et si quid est quod aut
incolumitati habitancium invidet aut
quieti aspersione huius aque effu-
giat ut salubritas per invocacionem
tui nominis expetita ab omnibus sit in-
pugnacionibus defensa Per

Hic mittat sal in aquam